



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

F. Omnium Sanctorum. 1. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

... Orob...  
... illum  
... am men-  
... sed tunc  
... LFGAN-  
... ipse vo-  
... o templo  
... trisvates  
... suum  
... ista Re-  
... selos sem-  
... diem va-

NOVEMBER.



F. OMNIUM SANCTORVM.

1. Novembris.

In nuce Iliadem, in pagella, inquam, omnes San-  
ctos tenes. Caterum quæ festo huic die origo  
fuerit, lubet denarrare. Et principio id constat,  
NO. 24 cum

eum Deos jam Romani plures ferè quàm homines numerarent, fanum exædificasse, in quod totus Deorum Dearumque grex stabularetur, & hoc ipsum ex re Pantheon dixisse. At anno, postquam Dii omnes uni cessere DEO, anno supra sexcentesimo, Bonifacius IV. PP. vacuum à demonibus locum lustrare aggressus, rectius hanc VIRGINIS MATER & Divis Martyribus sacrum voluit esse. In eam rem XXVIII. Divorum ossibus onustos currus cum triumpho, quàm potuit splendidissimo, induxit, simul ut ille ipse dies festus Romæ sanctusque esset, imperavit. Idem postea sub annum Christianum octingentesimum trigésimum quintum Greg. IV. per Occidentem sanxit, eam potissimum ob causam, ut quando, tum ob numerum innumerum, tum quòd virorum sanctorum pars longè maxima celo, non item terris nota est, non potest Ecclesia singulis diem donare, certè omnes uno die veneretur. Atque hæc sunt diei hujus festa exordia. Tu, si sapias, numerum auge Beatorum. Nam ex omnibus Divis nisi tu etiam aliquando unus es, heu! nullus es. Ex Baron. & Mart. Rom.

*Veneremur Sanctos, quibus traditum est triumphale regnum, judiciaria sedes, Angelorum consortium, corporum immortalitas, beata visio, Christi conformitas, stellarum claritas, secunda mansio gratia societas, jucunda fruitio, & divini luminis sempiterna comprehensio. S. Laurent. Iustin. serm. de Omn. SS.*

S. CÆSARIUS MART. 1. Novembrii.

**P**æferebat jam penè ipsi Romæ sese urbs Anxur, quòd quem semel illa omni ævo Curium